



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

88. An consulens homicidium, furtum, &c. dubitans tamen n ex tali consiio motus ille fuerit, ad id faciendum, teneatur ad restitutionem? Idem est dicendum de jubente. Et an consulens dubius in eo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Homicidio, &c. Resol. LXXXVIII. &c. 131

RESOL. LXXXVIII.

An si consulens homicidium furtum, &c. dubitans tamen, an ex tali consilio motus ille fuerit ad id faciendum, teneatur ad restitutionem?

Idem est dicendum de iubente.

Et an consulens dubius in eo casu an influxerit ad homicidium, furtum, &c. teneatur restituere totum damnum, vel partem pro ratione dubij?

Et in tali casu, si nihil velit restituere, an absoluti possit?

Et an censenda sit coniectura sufficiens ad credendum consilium nihil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum ex consilio? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 28.

Sup. hoc in Resol. 7. Ref. 27. & in Resol. 13. Ref. 27. & ibi leg. doctrinam Ref. 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

§. 1. **A**firmatiue respondet Ioannes Sancius in selectis disp. 43. num. 14. Lessius lib. 1. cap. 27. dub. 3. in fine. Molin. tom. 3. disp. 736. num. 6. Salas in 1. 2. tract. 8. disp. unica, sect. 23. n. 241. & alij, quos citat & sequitur Merolla tom. 1. disp. 3. c. 3. corollar. 6. n. 41. Et ratio est, quia in hoc dubio nulla est possessio pro consulente, imò præsumptio iuris est contra ipsum, unde in foro externo condemnaretur ad restitutionem eo quod est certa iniusti consilij actio, & præsumitur illam sortitam fuisse suum effectum, & ideo in reum transferatur onus probandi non fuisse, & dum non probauerit succumbet; ergo idem erit in foro conscientia.

2. His tamen non obstantibus negatiuum sententiam tenet Nauarra de restitut. lib. 3. c. 4. dub. 4. n. 48. Henricus lib. 14. c. 3. n. 4. Sayrus in clauis Regia lib. 10. tract. 1. c. 8. n. 1. Rebellius part. 1. lib. 2. q. 14. sect. 2. n. 5. & 7. Medina C. de restit. q. 7. ante ver. si autem consilium, Syluester ver. restitutio 3. q. 6. dicto 2. initio. Villalobos in summa tom. 1. tract. 1. difficult. 20. n. 9. vbi sic ait. [Si vno dudu a cerca de su acción iniusta, v. g. aconsejo a Pedro que hurtaffe d' marañes, y esta en dudu si del tal Consejo, o acción se figuio el dañosen tal caso aunque ay graues Doctores que tienen lo contrario, soy de parecer, que el que dió el Consejo no tiene obligación a restituir; y parece lo sienten assi. S. Thomas 2. 2. quest. 62. art. 7. ibi, solum tenetur Consiliarius, aut palpo ad restitutionem, cum probabiliter existimari potest quod ab eo actio iniusta fuit subsecuta, el fundamento es que in dubijs melior est conditio possidentis, y cierto como la restitucion sea de naturaleza odiosa no se deue estender, si no antes restingit; y assi aunque la parte contraria especialiamente hablando sea muy probable esta es mejor para practica.] Ita ille. Vide etiam Vultherum Strouersdorff de iustit. & iur. in D. Thom. quest. 62. art. 8. disp. 2. qui loquitur in iubente, & ait quod si dubius sit an exequens iussu suo motus sit, vel non, non tenetur ad restitutionem.

3. Sed an censenda sit coniectura sufficiens ad credendum consilium nihil operatum esse, si homicida huic consulenti asserat, se ad homicidium perpetrandum non fuisse motum eo consilio. Affirmat Henricus in quest. lib. 14. cap. 16. numer. 3. & Sayrus de censuris in Ref. 2. in lib. 7. cap. 3. numer. 2. licet hoc nullo modo probet eadem §. in Castris Palaus tom. 1. disp. 3. punct. 4. num. 3. Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 44. & alij, nisi homicida sit ita fide dignus, aut tales alie coniecturæ in tom. 5. 11. concurrant, vt prudens arbitretur fidem illi habendam in Ref. 75. §. esse.

4. Verum si aliquis vellet stare in opinione affirmatiua, queritur an consulens dubius in eo casu an influxerit in homicidium futurum, &c. teneatur restituere totum damnum, vel partem? Merolla vbi sup. tom. 1. in principio disp. 3. c. 3. corollar. 6. n. 44. tenet consulentem in eo

casu teneri totum damnum restituere, quia cum in dicto casu nulla sit possessio pro consulente, sed pro consilio iniusto, sequitur consulentem teneri restituere totum damnum, cuius causa fuisse præsumitur consilium datum.

5. At ego non condemnarem consulentem si in tali casu non restitueret totum damnum, sed partem pro quantitate dubij remanentis post peractam diligentiam, sicut asserunt DD. de eo, qui rem furtiuam emit dubitans an si furtiuus, & si nihil in tali casu vellet restituere, puto absolucendum esse, nam opinio Villalobos, & aliorum superiorum adducta excusans diuim Consulentem a restitutione, puto quod sit probabilis, licet contraria sit probabilior.

RESOL. LXXXIX.

An si quis sciat aliquem nomine suo paratum damnum inferre, v. g. inimicum occidere, neque prohibeat, cum facile possit, teneatur ad restitutionem?

Et si filius nomine patris, vel famulus nomine Domini sui nescientis, & non consentientis damnum intulit, an Pater, aut Dominus non teneatur ad restitutionem, etiam si postea re intellecta illam ratam haberent?

Et an si quis à fure pecunias accipiat, ne clamet, & ne indicet, obijgetur ad aliquam restitutionem, nisi ex officio furtum impedire debeat, vel si res accepta sit pars furti? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 64.

§. 1. **A**firmatiue respondet Molina de iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 729. num. 6. vbi sic ait. Obserua quando aliquis crederet aliquos nomine ipsius damnum iniuste alteri daturus, ac posset illud impedire, illique significando nulla ratione velle, vt id efficiant, teneretur id efficere, atque si id præmitteret, teneretur restituere damnum sequutum, esto postea ratum non haberet id damnum esse datum. Ratio est, quoniam cum videat, aut timeat nomine ipsius id damnum esse dandum, tenetur non solum ex charitate, sed etiam, quasi ex officio, ex proprioque iustitiæ onere impedire, ne nomine ipsius & tanquam aliquid sibi gratum damnum proximo iniuste inferretur. Ita Molina.

2. Sed circa præsentem dubitationem placet mihi magis distinctio. Rebellij p. 1. lib. 2. q. 14. sect. 3. nu. 13. asserentis, quod vel alter scit te malignum suum propositum cognitum habere & non contradicere, aut impedire, vel hoc nescit. Si primum, taciturnitas, consensus & approbatio iudicatur, per quam si ille mouetur ad damnum conferendum, oritur obligatio restituendi. Si Secundum, non teneberis ad restitutionem vt mandans, sed interdum vt non obfians, si videlicet ex officio, & ideo ratione iustitiæ, non solius charitatis obligatus sis ad damnum iniustum impediendum; igitur cum hac distinctione libenter opinionem Molinæ amplector, sin autem minime.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Paludanum in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. Syluestrum ver. restitutio 3. q. 6. dict. 2. Angelum ver. furtum, n. 20. & Nauarr. in man. c. 17. n. 133. quod si, v. g. filius nomine patris, vel famulus nomine domini sui nescientis, & non consentientis, damnum intulit, neque dominus, neque pater tenebitur ad restitutionem, etiam si postea re intellecta illam ratam haberent. Ita Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 13. Valquez opusc. de restit. o. 9. §. 1. n. 19. Molina loco cit. n. 3. Medina C. de restit. q. 7. ad 4. & alij. Quia talis reuera non est causa efficiens damni, cum ad præteritum non sit potentia.

4. Nota etiam cum Soto de iust. lib. 4. quest. 7. art. 3. & Nauarro cap. 17. n. 21. quod si quis à fure pecunias accipiat ne clamet, & ne indicet, ad nullam restitutionem in Ref. 35. §.

Quâvis non plene sup. hoc lege tamen infra in tr. 7. doctrinam Ref. 34. & 35. eius primæ not.

Sup. hoc pro seruo in to. 7. tr. 8. Ref. 67.

Sup. hoc in Resol. 7. Ref. 27. & ibi leg. doctrinam Ref. 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.